rant: quia si vere ⁊ viue intelligerēt qđ est
deus: que ⁊ quāta est gloria paradīsi: que
et q̄dura sunt supplicia inferni: si intelli/
gerent horribilitatē peccati: ornamēta vir/
tutum ⁊ anime dignitatē magis eligerent
milles mori q̄ semel mortaliter peccare et
deum offendere. Uñ si quis sub generalī/
tate credens luxuriam esse mortalē culpā
et nihilomin⁹ ex inordinata affectiōe mul/
tipharie multisq̄ modis p̄petrās inquiri/
tur an talia credat deo displicere: rñdeat
hoc credere ⁊ sentire: quis tñ dubitat licz
vex dicit̄ ei⁹ fidē eē mortuā: cū eadē infor/
mi ac mortua fide dauid excecāt⁹ libidine
nō solū adulteriū s̄ etiā homicidiū p̄petra/
uit: vt. ij. Reg. xj. Sic infatuat⁹ libidie sa/
lomō adorauit idola. iij. Reg. xj. lz̄ intelle/
ctu fm̄ Aug. crederet deū. s̄. fide mortua ⁊

1926

B

informi. Sic iudices inueterati dierum ma-
lorum ut dicitur Dan. xliij. Exarserunt in concu-
piscenciam Susanne et auerterunt sensum su-
um et declinauerunt oculos suos ut non vide-
rent celum neque recordarentur iudiciorum iu-
storum etc. Secundo autem amor inordinatus est con-
cupiscentia oculorum quo quod mortaliter inficitur:
licet actualiter credat: tamen ab ope bono
cessat: eo quod implicat se lucris iniustus: et im-
pijs contractibus: mendacijs: periurijs: cicu-
tionibus: rapinis: furtis: usuris: mercatibus
in festis: locis deo sacratis: et similibus ma-
monam colligit iniquitatis: qui interroga-
tus si credat omnia que tenet ecclesia se crede-
re confitetur: et quo ad intellectum verum fate-
tur: cum tamen non solum a bono ope cessat: sed
etiam multas impietates accumulatur. Unde
de hominibus dicit apostolus ad Titum. i. confitentur
se nosse deum factis autem negant: cur enim
contra preceptum domini dicentis: Non furtum fa-
cies tanta cupidine flagrant nisi quia non vi-
uaciter: sed mortue et generaliter credunt:
nec credita debite considerant neque debite po-
derant: sed ut ait apostolus. Oculos suos statue-
runt declinare in terram: sic iudas christum
vendidit et tradidit: qui tamen post traditionem
priori lumine fidei permanente penitens cor-
de: confitens ore: et satisfaciens opere: l3 in-
fructuose: dixit Mat. xxvij. Peccavi tra-
dens sanguinem iustum: ductus etiam peni-
tentia pecuniam retulit et laqueo se suspendit:
sicque tali intellectuali fide sine ope damna-
tus est. Similiter etiam multi cupidi mundi-
alibus implicati usurarii scelesti fures ra-
ptores et filices: licet in fine vite penitere vi-
deantur: tamen eternaliter damnabuntur eo
quod illorum penitentia non est intentione debita
formata. Tertius amor inordinatus est sup-
bia vite que mirabiliter operibus impijs mor-
tuam reddit fidem: quis in intellectu fidei
quoddam lumen remaneat sectarum partialita-
tes sonet: lites ambit: dignitates despicit:
minores inuidet: equalibus despiciat: mise-
ros infinitaque similia perpetrat cum intelle-
ctuali fide: quam tamen in homine tali mortuam
esse scelera cumulata manifestant. Secundo
credens non operatur ex timore male humilitate
et triplici. Primo ex timore damni fauora-
bilis sicut quidam non solum a bono ope ces-
sant: sed etiam mala perpetrant ne perdant honorem
fauorem vel amorem humanum plus eligentes
amittere animam quam famam humanam gratiam
et amicitiam et licet credenda credant: in-
tellectu tamen potius eligunt perdere gratiam diui-

nalem quam seculari: potius parere statutis ini-
quos dominorum et contractum quam preceptis dei: mul-
ta impia perpetrantes multas iusticias negan-
tes: multisque bonis nequissime priuantes: con-
tra quos Actuum. v. dicitur. Obedire oportet ma-
gis deo quam hominibus. Sic multi ne displice-
ant veritatem retinent occultam: cum tamen ex de-
bito charitatis vel officio illam manifestare te-
neant: contra quos dicitur Ro. viij. Non acce-
pistis spiritum suum timore. Et de
silibus multa patebunt inferi ubi agitur de
noue peccatis alienis: in. vij. precepto. His
etiam connumeranda sunt quaedam insensate mu-
liercule que tanta formidine laborant quod ma-
ritis suis placeant ut per immoderatum ambitum
vanitatum ornatum et pompam non vereantur
animas precioso sanguine christi redemptas scilicet
dalizare et eis laqueum perditionis preparare.
Unde diabolus sua versutia decipit tales fe-
minas: sicut vulpecula gallinas: solent namque
vulpes cum videt gallinam ex timore suo ar-
borem ascendisse cuncto gressu stipitem arbo-
ris frequenter circumire quam territa gallina
defixis oculis ex alto prospectans cerebrum
vertigine tandem agitatur ex quo in arbore se
minime retinere valens de arbore cadit quam
statim vulpes parata rapit occidit et come-
dit. Sic mulier insensata dum timet viro suo
non placere ornatu meretricio se monens
ad iudicium vere rationem per spiritualem vertigi-
nem amittens in os vulpis infernalis mor-
taliter peccando corrumpitur. Unde peccatum vani
ornatus ex septem principaliter aggrauatur. Pri-
mum est presumptuosa depictio nature proprie
qua picturam dei nititur emendare quasi deo
sub sanando diceret: tu creasti me nigram.
ego faciam me albam: tu croceam: ego rubeam:
tu arctam frontem: ego latam: tu rudem: ego poli-
tam: tu nigros crines: ego croceos: tu sine
alis et cauda: ego contra formabo me ala-
tam et caudatam: sed audiat dominum respondere: ego
detestor superbiam: nimirum cum dicat Aug. in
iij. li. de doct. christiana si quis pingendi arti-
fex alicuius vultum et speciem et corporis qualitatem
emulo colore signasset et signato iam summa-
toque simulacro alii manus inferret ut iam for-
mata iam picta quasi peior reformaret gratis
prioris artificis iniuria et indignatio iusta
videretur: tu te estimas impune laturam im-
probe temeritate audaciam dei artificis offen-
sari: et si fucis lenocinantibus impudica et
incesta non sis tamen corruptis violatisque
que dei sunt peiora adultera detineris: et in-
fra. Hinc illa nascuntur incertina victoria

7 unius

afreytes

B

et v. parte ex timore.

vt questis ora pingat dum viris displice-
re formidat: et de adulterio vult mediten-
tur adulterium castitatis. Secundum autem est pi-
culosa incitatio impie imitationis: et ideo ta-
lis mulier potest dici rustiana: que multas ali-
as exemplo suo per occasionem vani ornatu
ponit in periculo fornicationis vanum ornatum
imitationes ac infinitas ad luxurie vitium allu-
ciantes: quapropter dicuntur laquei diaboli
et rhete eius. Tertium vero est libidinosa in-
flamatio aliene luxurie: quae per tales ad luxu-
riam inflammanter templa dei que sunt anime et
corpa christianorum: vt dicitur .i. Cor. .iiij. Non
plus diligit deus unum templum spirituale quam omnia
templa corporalia mundi: et tales mulieres si-
cut alios accedunt sic etiam et semetipsas ad
luxuriam: iuxta illud Esa. l. Ecce omnes vos ac-
cedentes ignem accincti flammis. quod si dicant
hanc se intentionem non habere per hoc tamen non
excusant: quia gladius aliquem necans non habet
intentionem corruptam sed eo abutens: sic ta-
li muliere demon abutitur ad perimendum ani-
mas: sicut quae mulier occasionem damni dedit: da-
num dedisse indicat. Quartum itaque est perni-
ciosa transgressio legis euangelice cuius ex-
emplar se posuit in vita mortali filius dei et
ad sequela suos allucians ait: Discite a me
quia mitis sum et humilis corde. Non in eadem le-
ge sancitum est: Qui se humiliat exaltabit: et
qui se exaltat humiliabit. Quintum est odio-
sa derisio gloriolae ecclesie. scilicet ipsius chris-
ti crucifixi humilis virginis marie et omnium
beatorum qui tanto zelo cuncta vana mundi
despexerunt vt deliberarent potius mortem
eligere quam vanis mundanis et carnalibus ad-
herere. Quid igitur putas ager sancti cum ta-
les in eorum festis adeunt ecclesias cum tot offe-
nsionibus imo blasphemis christi: cum nece-
saria: cum gaudio demonum: cum contemptu chris-
tiane religionis et omnium virtutum. Sextum est
dolorosa afflictio angelice creature quibus
vt dicitur Lu. xv. Est gaudium super vno pecca-
tore penitentem agente: Quid ergo doloris est super
vna muliere ornata meretricio deturpata
infinitis subuertentibus. Septimum est danosa
exultatio demoniacae malicie: nam peccatorum
quantomaius dispendium operatur aia: tanto
maius gaudium ingerit malicijs demonum qui
cupiditate insatiabiliter sitiunt perditionem
hominum. Secundo vero credens non operatur bonum
sed magis horum ex timore damni realis sic
multi cum necessitas impellit unum e duo-
bus amittere potius eligunt perdere celum quam
cecum: potius diuinam gratiam quam propriam substantiam:

ex hoc enim timore plerique piurare non veren-
tur ad coacervandam aut retinendam terrenam
substantiam: et licet se peccare non dubitant: tamen
peccare non curant ne temporaliter damnentur: quam
tamen eternaliter rugientibus preparatis ad escam
relinquentur. Tertio denique non operatur ex ti-
more damni corporalis: multi namque licet intelle-
ctualiter credant ex timore: tamen operibus con-
tradiciunt potius eligentes mortem aut penam
spiritualem quam corporalem: sic qui nec occidunt
ore et opere fidem negant quam tamen in corde te-
nent aut iuramento assecrati tunc per dicto re-
dire nolunt: aut alijs iniuste falseque per sua
liberatione accusant et filia. hoc timore ter-
ritus Petrus licet christum filium dei viuere cre-
deret dum mori timuit vitam negavit: sic alij
discipuli fidem eandem in intellectu seruantes
plus tamen seipsum quam dominum diligentes ex hoc ti-
more damnabiliter eum reliquerunt. Pretere-
rea secundo principaliter fides mortua cognos-
citur ex defectu non quidem operis sed intentionis:
et hoc dupliciter. Primum ex amore male infla-
mate. Secundo ex timore male humiliante: quantum
ad primum triplex amor hominem non credentem
bona facit operari. Primum est carnalitas: sic
qui querunt fieri copatres vt sic liberi et se-
curius carnaliter misceri valeant: qui aut per fi-
dem datam fide puellas ad stuprum inclinant
sub pallio matrimonij. Taceo de his qui sub
pretextu confessionis meretricias allocutiones
et blanditias venant spirituale amorem in his vo-
uere metientes: multas filia prudens lector
syllogizare potest. Secundus est cupiditatis sic fa-
ciunt questores qui mendacijs decipiunt mulie-
res multas missas orones et alia bona promit-
tentes: ita quod mendax multorum pietas ad cumu-
landam pecuniam fetet usque ad celum: Sic et mul-
ti confitentibus imponunt missas vt occasione
data apparenter honesta per missas ipsi sint
pecunie receptores: In super hoc promittunt di-
cere missas tamen non faciunt: et licet anime libe-
rent per sacrificium altaris: vt patet .xiiij. q. .ij. c.
anime defunctorum: tamen in fraudem esse presumi-
tur factum vt accepta pecunia promissis
eos ab onere penitentiae releuare videantur. ar. .j.
q. .j. ex concilio elibertino. c. emendari pla-
cuit vt qui baptizantur vt fieri solebat nummos
in concha non mittant: ne sacerdos quod grauius
accepit pretio distrahere videatur. Tertius est
ambitiositatis: multi namque tam ecclesiastici
quam religiosi quam etiam seculares aspirantes ad
dignitates et prelaturas vel officia faciunt ex-
terius quod non credunt interiorem: quia pretendunt
pellem ouinam et aia gerunt vulpinam: lupinam

et operantur multa ex timore

vel leoninā. quot inq̄ p̄textu pietatis p̄ /
les pmouent ad religionē vel statū sacer /
dotalē: nō vt fiāt sanctiores sed excellētio /
res: ditiores: honoratiores: et iuxta psal. /
Immolāt filios suos et filias suas demo /
nijs. Et ex hoc amore triplici arḡ omnis /
hypocrisis generat̄ et frequat̄. **Q**uā etiā /
ad secūdū triplex timor hominē nō creden /
tē hōa facit opari. **P**rimus est timor amit /
tendi substantiā: sicut qui nō laborat in fe /
stis ne p̄dēnef in nūmis. vitat ta bernas: /
ludos: lupanaria: ne pecuniā p̄sumat aut /
damnū recipiat. **S**ecūdus est timor amit /
tēdi famā: hinc q̄dā frequat̄ ecclias: mis /
sas: p̄dicationes: cōfessiones: sacramenta /
et similia. tñ nec intrinsecus vere credūt: s̄ /
ideo hec agūt ne deteriores alijs reputen /
tur aut famā perdāt. **T**ertius est timor amit /
tendi vitā: sicut mlti heretici q̄ p̄re timore /
sunt in apparētia iusti: q̄ si d̄mōstrarēt ex /
terius q̄d credūt interi⁹ iuste p̄burerent̄. /
et de omnibus p̄dictis dicit̄ Matth. vij. At /
tendite a falsis p̄phetis et c. quod a nobis /
auertat ih̄s christus lux vera mentiū.

**De fide viua qualiter intellectus
illumiat viuificat et roborat: et q̄ a /
liquando in solo corde est: q̄nq̄ in
ope: q̄nq̄ et in vtroq̄: Ser. VII.**

n Non habebis deos

a lienos corā me. Exod. xx. Et

so succinctim de fide q̄ mortua
dicitur in semetipsa iā breui stilo p̄stringē /
dū ē de fide viua vitā spiritalē influente.

A Pro quo sciēdū q̄ vt ait Bern. Pleri /
q̄ sunt in quibus fides est solū fidei nō cō /
tradocere q̄ p̄suetudine viuendi magis q̄ /
virtute credēdi fideles denominant̄: in ta /
libus em̄ crudelitas est ligata quasi som /
nolenta: turpida et vndiq̄ ipedita: et ideo /
talis fides nec lumē pōt p̄stare nec vitam /
influere: nec sufficiens est motū virtū effice /
re: et illa dicit̄ mortua quasi nō habeat ani /
mā. i. ipsam charitatē per quā moueat̄ ad /
bonā opationē. **E**cōtra nō pleriq̄ sunt in /
q̄bus ipsa fides illūiat intellectū: inflāmat /
affectū: et impellit ad bonā opationē: et tal /
fides viua dicit̄. **Q**uō si querit̄ q̄bus er /
go fides mortua reuiuiscit: vl̄ fides infor /
mis fit formata **A**d h̄ r̄s̄idet sanct⁹. **T**ho. /
secunda secunde. q. iij. q̄ charitas dicitur /
forma fidei qua fides viuificat̄ inq̄rū per

charitatē actus fidei pficit̄ et formas ac p̄ /
sequēs viuificatur: q̄d sic patet. **H**ā act⁹ /
volūtarij specīe recipiūt a fine qui est volū /
tatis obiectū: id autē a quo aliq̄d speciem /
sortitur se habet ad modū forme in reb⁹ na /
turalibus: et ideo cuiuslibet act⁹ forma est /
q̄dammodo finis ad quē ordiat̄ vt ad ob /
iectū: tū q̄ ex ipso recipit spēm: tū etiā q̄ /
motus actionis oportet q̄ fini p̄portiona /
tīm r̄s̄ideat: **M**āifestū ergo est q̄ act⁹ fidei /
ordinat̄ ad obiectū volūtatis q̄d est bonū /
sicut ad finē: hoc aut̄ bonū q̄d est finis fi /
dei sc̄z bonū diuinū est p̄p̄riū obiectū cha /
ritatis: et sic charitas dicit̄ esse forma fidei /
inq̄tū informat̄ actū ipsius. per hoc tñ q̄ /
fides informis sit formata vl̄ ecōuerso nō /
mutat̄ ipsa fides: sed mutat̄ subiectū fidei /
q̄d ē anima q̄ quādoq̄ fidē habet sine cha /
ritate quandoq̄ cū charitate: nec sunt ibi /
dem diuersi habit⁹ cuius ratio est: q̄z cū fi /
des sit p̄fectio intellectus illud p̄ se p̄tinet /
ad fidē q̄d p̄tinet ad intellectū: q̄d aut̄ p̄tī /
net ad volūtātē nō p̄ se p̄tinet a fi dei itaq̄ /
p̄ h̄ diuersificari possit habitus. **D**istinctio /
aut̄ fidei formate et informis est fm̄ illō q̄d /
p̄tinet ad volūtātē: id est fm̄ charitatē et /
sic manet idē habitus fidei. **E**st aut̄ fides /
viua q̄dā viuificus radius in humanū in /
tellectū gratis de fonte vite descēdens. iu /
xta illō ps. Signatū est sup nos lumē vul /
tus tui dñe. **S**lo. lumē vult⁹ est gratia iu /
stificatiōis q̄ imago creata id est ratio insi /
gnitur. hoc lumē est tocū et vey homīs bo /
nū quo signat̄: vt denarius imagine reg⁹: /
nec fides charitate formari pōt nisi medi /
ante diuina gratia. **E**t itex dicit̄ ps. lxxv. /
Illuminās tu sc̄z ch̄ste non alius: mira /
biliter a mōtibus eternis. id est summa tri /
nitate: vt verificet illud ps. In lumē tuo /
tu videbimus lumen. **H**ic igitur radi⁹ /
viuificus descēdens in ip̄m intellectū hu /
manū triplici fungit̄ officio: sc̄z ad intelle /
ctū illuminandū: viuificandū et roboran /
dū: vt sciat velit et possit opari grata deo. /
Primo nanq̄ illius officīū est intelle /
ctū illuminare vt sciat credēda: amplectē /
da et fugiēda. **U**nde triplices tenebras po /
tissimū de anima pellit. **P**rimo om̄es tene /
bras ignorātie fm̄ q̄ vnicuiq̄ necessariuz /
est ad salutē. **Q**ue aut̄ scire necessaria sunt /
ad salutē ofidit sanctus **T**ho. secūda secū /
de: q. xxvj. dicens q̄ omnes cōmuniter ob /
ligant̄ ea scire que fidei sunt et vniuersalia /
turis p̄cepta: singuli aut̄ ea q̄ ad statū vel

B
Radius vult⁹
et fidei.

quō fides mortua reuiuiscit

officiū eoz pertinet: nam quicumque negligit scire vel facere ad que obligatus est omissionis peccato delinquit. Mirum cum negligentia: ignorantia et impitia annumerentur culpe: ut patet extra de iniur. et dam. da. c. si culpa. et precipue in glo. Secundo appellat tenebras perfidie et cuiuscumque credulitatis piculose: non timore punctiois sed lumine veritatis: Unde Aug. fidei viam diffinites quantum ad obiectum et primum motum sic ait: Fides est illuminatio mentis ad summam veritatem scilicet cognoscendam et diligendam et in ea omnem perfidiam abhorrendam: hinc etiam omni falsitate summe est opposita ita quod taliter illustrat omnes incantationes: superstitiones: obseruationes et similia detestatur: tali quod lumine peruenit in quoscumque errores et deceptiones facillime labitur. Tertio denique appellat omnes mortales tenebras esse tam a corde quam ab ore et opere: nam qui hoc viuendo lumine fidei plustratur in corde noxias tenebras culpe non recipit: nec quod illecebras carnis: quia dicitur Act. xv. Fidei purificas corda eorum. nec decipulas demonis: iuxta psalmum quod dicitur. j. Ps. v. Aduersarij vester diabolus et cetera. cui resistite fortes in fide. nec etiam blanditias seculi: quia dicitur ad hebr. xj. Sancti per fidem vice runt regna et cetera. Secundum vero officium illius radii viuifici: est intellectum viuificare alioquin enim illuminatio predicta nihil ad salutem conferret intellectui nisi per eundem radium illi vite gratia donaretur qua traheret et incitaret ad eadem appetenda: querenda: sumenda ac contraria horrenda: declinanda et fugienda: Unde dicitur in glo. Job. vj. quod per fidem deo copulamur: et per intellectum viuificamur: hinc merito dicitur Ecclesiastes xj. Dulce lumen scilicet fidei: et delectabile oculis scilicet intellectus: videre solum id est cognoscere creatorem per fidem viam cuius radius non solum illustrat sed etiam viuificat vniuersa: adeo namque sol iste naturalis est viuificatus in sua illustratione quod ex suo splendore cuncta terrenascientia reuiuiscunt in vere: quod per solis elongationem quasi mortua videbantur: et quod mirabilius est ut dicunt naturales in ipsa solis eclipsatione semper quod maior vel minus eclipsari contingit in terra semper remanet maior vel minor dispositio mala: et addunt quod si per diem unum sol non oriret super terram omnia mundi viuenda morerentur: sic etiam spiritualiter cum sole iusticie et radio fidei: quoniam absente fidei sua viuifica forma se paratur ab anima ipsa vita gratie: quia dicitur

clatur ad Ro. j. Iustus autem ex fide uiuit: scilicet charitate formata. Tertium denique officium illius viuifici radii est humanum intellectum et spiritum roborare ut credita non solum affectu velit sed etiam effectu perficiat: Unde talis radius tres vires in anima subministrat que necessarie sunt ad salutem. Primum qui dem facit veram fidem sentire veraciter in corde: ita quod per illam defensanda se paratum inueniat in articulo necessitatis non solum ad operandum ardua sed etiam ad sustinendum graua: quia ut dicitur Ro. x. corde credis ad iusticiam id est ad hoc ut homo iustificetur. In quibus verbis tria tanguntur quod tempore necessitatis animam saluent. Primum est motus scilicet animae cum dicitur corde. Secundum est actus fidei quod est credere. Tertium est effectus credendi cum ad iusticiam. id est ad iustificationem habenda. quod dicitur vere credere salutem dat: quia dat iusticiam: An quomodo fides potest esse in corde viua sine confessione oris et exhibitione operis videbitur infra. Secundo facit illum confiteri ore: quia ut ibidem subditur: ore autem confessio fit ad salutem. scilicet per locum et tempore ceterisque congruis circumstantiis putantur exiunt omnia precepta affirmatiua: tunc enim sine ipsa confessione non esset in anima salus ut infra videbitur. Tertio facit illam operem confirmare et perficere: quia dicit Aug. fides appellata est ab eo quod fit. Due sillabe sonant cum dicitur fides. prima sillaba est a facio. se cunda a dico. interrogo igitur te vtrum credas dicitis credo. fac quod dicitis et fides est. Multum enim ut dicitur ad Titum. j. confitentur se nosse deum: factis autem negant: et ideo ait dominus Mattheo. vij. Non omnis qui dicit mihi domine domine: id est credit in me corde et ore intrabit in regnum celorum: Unde secundum Bernardum in epistola quadam triplex fides distingui potest. Prima fides est mortua: que scilicet non operatur corde ore vel opere ex dilectione quasi non habeat animam: id est ipsam dilectionem per quam ad opera moueatur. Secunda fides est ficta que scilicet suscepta vita et charitate moueri quod dem inchoat ad bene operandum: sed minime perseuerat moriturque tamquam abortiua: et eo sensu dicimus fictam quo figuli vasa vocantur fictilia: non quia vtilia sunt: quia non vtilia sunt quod in durat: sed quia fragilia facillime fragili possunt: tale fidei illi habent quod ut dicitur Luc. viij. Ad tempus credunt et in tempore temptationis recedunt. Tertia fides est pharaonica: scilicet in charitate et duratioue siue sit solum in intellectu siue solum in opere siue in utroque quod ce

teris paribus melius est. Pro quo sciē
dū q̄ primo fides quādoq; residet in solo
intellectu absq; opere bono ⁊ hoc ex ratio
ne p̄uide discreteq; illustrante: nā in p̄ce /
ptis affirmatiuis q̄ semp obligant sed non
ad semp: plerūq; quis nō exequit opus bo
nū licet fidē viuā veraciter teneat: qd̄ con
tingere potest tripliciter. Primo quādo nō
est necessariū. exēpli gratia. licet homo de
necessitate salutis semp paratus esse tenea
tur potius velle subire mortē q̄ negare fi
dem cū periculū imineret: nō tamē peccat
si a tali ope cessat: cū talis piculū casus nō
iminet: sicut si aliq; nō semp se exerceret ī
elemosynis dispēsandis: infirmis visitan
dis: ⁊ sic de alijs p̄ceptis affirmatiuis: in q̄
tū absq; tū opere potest esse fides vera: qz
taliū opeꝝ habet habitū licet nō semp ha
beat actuz: sic beata virgo fide plenissima
videns filiū corā omni populo durissimis
verberib; lacerari: caputq; tremendū an
glis durissimis sp̄ntis p̄forari: crucis one
re grauari ⁊ tandē crucifigi: nihil agebat
pro liberatiōe filij v̄l defensione ipsius: qz
nō erat necessariū illū defensare: sed poti⁹
p̄ n̄ra redēptiōe necessariū erat illum pati.
iuxta illud Luc. xliij. Oportebat christū
pati ⁊c. Hauerat em̄ p̄ spiritū sanctū sic ef
se p̄destiatū fm̄ beneplacitū consiliū sum
me trinitatis cū q̄bus intelligebat filiū su
um penitus cōcordare: quorum volūtatī ⁊
ipsa v̄ltra oēs creaturas se p̄fectissime con
formabat. Secūdo iust⁹ a bono ope cessat
q̄n̄ scy illud eidē nō p̄uēit fm̄ statū suū: X
bigra. hominē ex malignitate q̄s occidat
⁊ cū iusticia poscat: iuste ad mortē cōdēne
tur: nihilomin⁹ tū euadit ip̄une: ⁊ v̄n̄ exul
esse debuerat libere ciuitatē inhabitat: sic
q; penit⁹ in eo iusticia peat: null⁹ tū hunc
absq; aucte v̄l nō fūato iuris ordīe pōt in
terimere ne iusticia peat: alioq̄n̄ veracit⁹ ⁊
criminalit⁹ homicida iudicaret: nā qui iu
stū cōdemnat ⁊ qui iniustū sine iuris ordī
ne cōdemnat vterq; mortaliter peccat: quia
p̄ceptū ē Deut. xvj. Iuste qd̄ iustū est exe
q̄ris. Dolere debet igit⁹ qui videt iusticiay
perire: ⁊ q̄tū pōt illi fauere nō tū de alteri
us officio se interponere. iuxta illd̄ Deut.
xxlij. Nemo mittet falcem in alienā mes
sem: quia per h̄ iusticia nō defensat s̄ iniu
sticia cumulat. Duobus em̄ malis scy errā
ti ⁊ corrigēti tertio adiūgit. s. q̄ iniuste cor
rigit. Hic ē Jobes recūbens sup̄ pect⁹ dñi ī
iudā traditorē sibi notificatū vidictā exer

tere noluit: nec dauid ī saul q̄rentē aīaz il
lius. Sed quid mirū cum nec iudici liceat
interficere quēpiam licet iuste iudicatū or
dīne iuris seruato nisi ⁊ hoc faciat intētio
ne recta. s. ad p̄seruandā iusticiā nō ad ex
ercendam vindictā p̄p̄riam ex liuore v̄l ad
adipiscendū alterius fauorē aut pecuniā
vel aliud quōcūq; cōmodū: alioquin ho
micida iudicaret in iudicio anime. Tertio
deniq; iustus cum viua fide cessat a bono
opere quādo cōpensatis singulis circūstā
tijs opus illud finem bonū habere nō p̄t:
licet de sui natura opus bonū esset: aut cū
p̄babilit⁹ p̄sumi posset vergi debere ī ma
lum finem: vt exempli grā: vitas in se bo
na est ⁊ sancta. p̄nitiosum tū est semp velle
verū dicere: qz dicit⁹ Eccl̄s. iij. Tempus ta
cendi est t̄ps loquendi: descēdat igit⁹ p̄di
cator in sermone ad p̄sonas ac eay defect⁹
pticulares aut ad dños vel p̄latos absen
tes seculares vel spirituales aut ad alios
clericos vel religiosos: ⁊ merā veritatē p̄
dicet om̄iq; ratioe ⁊ aucte dicta sua confir
met: tū quia in tali mō et in tali casu ad eā
nō p̄tinet talia p̄dicare sine fructu scanda
la generabit et extrema dementia labora
bit: qz fm̄ Hiero. frustra niti ⁊ nihil aliud
q̄ odium querere extreme demētie est. In
cuius argumentū dicit⁹ Ezech. iij. linguay
tuam adherere faciā palato tuo. ⁊ eris mu
tus nec quasi vir obiurgans qz domus ex
asperans est. Secūdo vero fides esse p̄tin
git in opere sine lumine intellectus ex di
uina sapientia p̄mittente: quia sunt quidā
iuste viuentes qui de fide vexatiōes horri
biles patiunt⁹ ac diuersis erroribus ⁊ fan
tasijs implicant⁹ quib; aliquādo videntur
vel totaliter assentire seu saltem de multis
articulis fidei dubitare licet a talib; mole
stari cordialiter doleant ac mente talibus
om̄ino p̄tradācant pro sua liberatiōe deū
suppliciter orant: ac interim bona opa m̄
plicare minime cessant: ⁊ p̄ ea defectum fi
dei supplere conant⁹ quē in intelligētia pa
tiunt⁹ qz si tale lumen fidei dominus v̄sq;
in finem reddere dissimilat in dubitabili
fide tenendum est eis in celū palmā mar
tyrij reseruatam: quia talis vexatiō men
tis est de durioribus afflictionibus vite p̄
sentis: tamē dicant cum apostolo. ij. Cor.
xij. Virtus in infirmitate perficitur: liben
ter igit⁹ gloriabor in infirmitatibus meis.
vt inhabitet ī me virtus christi: d̄ h̄ qz grā
agant qz in talibus tēptatiōib; p̄stituti sic

Impatienter patient in bonis opibus perseuerant. fecerunt enim quod suum est deo mentem suam fideliter pro posse preparando. Unde luminosam hanc fidem dominus ex inscrutabili suo iudicio sepius non vult homini dispensare: communiter tamen hoc contingit tribus de causis. Primo ex natura quae plerique patiuntur in cerebro passionem quam medici melancoliam vocant: quibus post orationes per talium liberationem frequenter ac post naturalia medicorum remedia nullum efficaciter remedium dari potest quod nihil curare nisi ponderare tales cogitationes: nec eas confiteri nisi generaliter: aliter enim ardenti igni lingua arida adhibere videtur ut extinguatur. Secundo ex culpa preterita ne scilicet relictis multis vitijs iam sibi iustus et perfectus esse videatur: ac in se confidens a divina confidentia cuius suo discrimine dānabilius elongetur. Tertio vero ex gratia ne scilicet post sublimia dona eis comunicata elati cadant sed in humilitate conservati semper in virtutibus uberius crescant sicut in simili casu de se dicit apostolus. ij. cor. xiiij. Ne magnitudo revelationum extollat me datur est mihi stimulus carnis etc. et sequitur. Nam virtus in infirmitate perficitur. libenter igitur gloriabor in infirmitate etc. Tertio denique fides esse contingit tam in intellectu quam in affectu et effectu: ita quod ratio suo vivifico et intellectu illuminat et affectum vivificat: ac semper vivere per effectum manifestat. Quam fidem diffinit apostolus ad hebraeos. xj. dicens: Fides est substantia rerum sperandarum id est fundamentum substantias edificandi spiritus rituali: quod est gratia et gloria vel causa subsistendi in nobis res sperandas: scilicet bona futura in quantum scilicet est inchoatio quaedam future beatitudinis: quia fides est prima virtus infusa sicut in alijs rebus: prima pars rei dicitur quaedam modo substantia eius: res autem sperande continetur in ipsa beatitudine cum sit status omnium bonorum aggregatione perfectus: ut dicitur iij. de consolatione. Sequitur argumentum non apparentium: quod obiectum fidei est veritas non visibilis cui firmiter fides adheret: non ex rei evidentia sed ex auctoritate divina. Ad la.

Deo
De fide quomodo prelati et clerici et laici tenentur ad illam explicite credendam vel etiam profitendam: Sermo VIII.

Non habebis deos

alienos coram me. Exo. xx. Quia in his verbis instruit nos deus ad fidem immaculatam unius dei cui firmiter

credendo adherere debemus. ideo nunc de eadem in particulari persequamur. Sed quia si des ut dicit Jacobus in canonicali ne operibus mortua est. Summe pensandum est a nobis qualiter fidem exigat a nobis deo cum mittens in omnem terram apostolis suis pretestatus sit: Qui crediderit et baptisatus fuerit salvus erit. Ad cuius evidentiam sciendum quod tres sunt gradus fidei. Primus est credere deus esse: quod etiam demones credunt: unde Jacobus in canonica: Tu credis quia unus est deus bene facis et demones credunt et contremiscunt: nec fides illa sufficit ad salutem. Secundus gradus est credere deo. id est credere verum esse omne quod deus dicit quod et mali faciunt: sic et nos credimus homini quod verum dicat: nec hoc sufficit ad salutem. Tertius gradus est credere in deum: id est secundum Augustinum. credendo amare et credendo in eum ire. credendo ei adherere et eius membris incorporari. Et solum per hanc fidem iustificatur impius: ut patet de pe. di. ij. c. charitas est aqua. unde dicit textus decretalium quod firmiter credere debemus immobiliter scilicet inherendo fidei. Emerunt Bull. de monte lau. incle. vna. de sum. trinit. dicit: quod aliqui quos non credit ex infirmitate animi: id est debilitate non tamen pertinacius insistent et tunc non est hereticus: immo si recedit ab illa dubietate resistendo illi meretur sicut meretur coheredo primos motus et stimulos carnis: ut patet vj. di. c. sed pensandum. r. c. non est peccatum. si tamen pertinaciter insisteret esset hereticus: ut extra de here. c. dubius. Nec liquet de probatur: extra de sum. trinit. c. damnatum. In fine ibi enim non damnatur Joachim abbas: licet erroneum dixerit: quia corrigi paratus fuit et ecclesie determinationi se subiecit: unde ille tamen heresi dicitur inherere pertinaciter: qui non est paratus corrigi ad mandatum superioris. Ex his patet quod pertinacia et obstinatio requiruntur ad heresim. Hic dicit Heilinandus hystoriographus: quod licet papas fuerit auctor hereticorum qui dicuntur ciliaste: id est millenari: non tamen inter hereticos sed inter sanctos in martyrologio computatur: similiter nec hyrenus lugdunus. nec victorinus pictaviensis. heretici appellantur qui gloriosi martyres fuerunt: et tamen in hac opinione papam secuti sunt. Multi namque sancti simpliciter in aliquibus errorasse leguntur: sicut beatus Cyprianus de hereticis rebaptisandis: qui tamen error eis non imputatur propter ceteras virtutes que in eis excellabant: et quia non ex pertinacia et animi

obstinatioe sed ex ignorantie simplicitate errabant: et sic nullus iudicatur hereticus nisi qui vult esse secundum doctores. Refert etiam Celsarius quod cum multi heretici fuissent ducti ad ignem unus illorum penitentia ductus dubitare cepit si penitentia sibi proficeret. et cum confortatus a quodam fidei confiteri inciperet quatenus procedebat in confessione tantum minuebat ignis in quo comburi debebat: confessioeque completa perfecte ac abnegatis erroribus ignis extinctus est ex quo non fuit peritiam sed ductibus ad penitentiam. Ad maiorem autem eundem tenentur primo queri potest: utrum laici teneantur ad sciendum et credendum omnes articulos fidei quos continet symbolum apostolorum ac per hoc scire symbolum. Ad hoc respondet glossa extra de sum. tri. c. firmi. et Jo. an. in nouella. super ea. quod articulos fidei debent laici scire et credere saltem implicite. Credere autem implicite est credere quicquid ecclesia credit. Theologi tamen dicunt quod laici tenentur explicite scire et credere articulos in symbolo positos de humanitate christi et nullus excusari potest de ignorantia: quod de istis ecclesia solennizat quolibet anno. Primo de conceptione ex spiritu sancto in annuntiatione dominica. Secundo de natiuitate christi in natiuitate eiusdem. Tertio de passione in pasche. Quarto de descensu ad inferos et sepultura in vigilia pasche: cuius pulsatio omnium campanarum in die sabbati signat tripudium et gaudium sanctorum patrum in limbo quod habuerunt de descensu christi ad inferos. de resurrectione in die pasche. de ascensione in die ascensionis. de iudicio in aduentu domini. Sed articulos de diuinitate positos in symbolo non tenentur simplices scire et credere nisi in generali sic breuiter tangit symbolum apostolorum. et omnia particularia vel specialia credere implicite hoc est credere omnia illa que sancta mater ecclesia tenet et credit. et quicunque fuerint requisiti spiritum tenentur consentire et in nullo contradicere. unde intantum valet illa fides implicita laico quod si naturali ratione motus dicat patrem maiorem vel filio priorem. vel quod tres persone sunt ab inuicem distantes vel aliquid simile non est hereticus nec peccat dum sic credat: quod credit ecclesiam sic credere et opinionem suam fidei ecclesie semper supponit nec suam defendit errorem. et patens sit corrigi: quod licet sic opinetur: illa tamen opinio non est fides sua sed fides ecclesie: secundum Innocentium. Et dicit Hostius. quod istud remedium non admitteretur in casu quo ore se dicit credere et operibus negat: ut patet. xi. q. iij. c. estimat quidam. ubi persequitur textus quo factus

deus negatur: Unde quicquid propter contemptum ecclesiastice censure aliquis etiam laicus ut hereticus condemnatur: quod implicite fauere videtur hereticis: ut patet extra de here. c. excoicamus. j. s. j. Ceterum de laico sic implicite credente dicit quidam theologus quod talis laicus potest ex hoc mereri male credendo. ut si simplex homo credit aliquid hereticum eo quod sic predicat suus prelatus quatenus magis hoc credit tantopius meretur. quod tenet. De de aliiaco quodam episcopus cameracensis. postea cardinalis in sua questione quam de conscientia erronea parisius disputauit. et hoc est verum dummodo talis laicus per sua simplicitate de illo articulo non tenetur habere fidem explicitam: ut verbi gratia: quod pater in diuinis est maior filio et talis habeat conscientiam quod tenetur credere prelato suo sic asserenti: tunc in illo casu conscientia illa erronea non est peccatum imo meritum: et huic opinioni concor. De. dicens: quod quod talis bona voluntate assentit scilicet propter obedientiam prelati et propter reuerentiam ecclesie dei: et recte credit in vniuersali: et quis erret in particulari hoc tamen est errore inuincibili tunc excusatur et meretur: hec ille. Secundo vero queri potest de clericis curatis et episcopis quomodo obligantur fidem scire et credere cum ipsi maioris sint capacitatis. Ad hoc respondet Inno. et Jo. an. in nouella. quod simplices clerici si pauperes sunt quod non possunt emere libros nec propter paupertatem vacare studio theologico: tunc possunt sine peccato vacare alteri studio: puta iuris vel medicine ex causa licita ut inde viuatur: et tunc sufficit quod credant implicite sicut laici: tenentur tamen aliquantulum plus scire quam laici: puta quod in sacramento altaris conficitur verum corpus christi: quod in hoc quotidie versantur. Si vero tam diuites sunt quod habent expensas et magistrorum tunc peccant nisi plus proficiant in distincta cognitione fidei. et in hoc habet discernere sacerdos qui eis infligit penitentiam: quare non student: hec et alia ponit ibidem Jo. an. Porro curati et similes prelati tenentur excedere mensuram illam fidei eo quod curam animarum habeant: debent enim scire articulos fidei distincte et explicite que continentur in symbolo: Credo in unum deum. et in symbolo: Qui cumque vult saluus esse. ut. xxxviij. di. c. j. et sequenti. ubi dicitur: quod presbiteri in parochiis ordinantur libellum officialium ab episcopo suo recipiant: ut ad ecclesias sibi deputatas instructi accedant et episcopi vero tamen scire debent quod de eis omni potestatem rationem reddere possunt. ut. e. di. c. oes. Et hoc est proprie explicite scire scilicet scire alios articulos

40

de clerico et episcopo

fidei explicare distinguere et defendere. sufficit tamē q̄ hoc faciāt deliberatiōe p̄habita etiā si oportuerit cū aliorū cōsilio: s̄ ille. Ex his etiā patet q̄ tria sūt symbola fidei. Primum ē illud qd̄ cōmuniter dicit̄ a fidelibus tam clericis q̄ laicis: et factū est ad fidei instructionē et fuit editū quando fides nōdum fuit p̄palata: ideo apostoli cōgregati fecerūt symbolū: id est collectionē credendorū vt homines instruerent̄ in fide. et quia fides nōdū erat p̄palata: ideo secreta dicit̄ in ecclia et in p̄ncipio diei et noctis: scz prima et cōpletorio ad designandū q̄ in ortu p̄speritatis et ī occasu aduersitat̄ debet se quis firmiter tenere. Postea x̄o qz multi errores emerferūt p̄pter quedā difficilia que in illo symbolo fuerūt. ad eius explanationē editum est symbolū nicenū a trecentis et decē et octo patribus. i. ep̄is: vt patet. xv. di. c. canones. et fiūt ibi aliq̄ additiones declarantes fidei veritatē in primo symbolo contentā: vt patet cōferenti vnū ad aliud qd̄ symbolū in niceno cōsilio factum fuit p̄pter grecos q̄ credebāt q̄ spiritus sanctus nō p̄cederet ab vtroq̄: vt patz de cōse. di. v. c. penl. et vlti. qd̄ etiā alte cantat̄ in missa post euāgelium: qz tūc fide p̄palata hora est p̄dicatiōis et expositiōis euāgelij. Proinde in illis symbolis nihilominus implicite quedā cōtinebant̄ q̄ p̄pter vrgētes hereses oportebat explicari. et t̄o tertium symbolū additū est: scz athanasij patriarche alexandrinī q̄ se specialit̄ cōtra hereticos opposuit et innumeras p̄secutiōes sustinuit: et est symbolū tanq̄ ab ecclia cōfirmatū. et ideo iam q̄si expulsis hereticorū tenebris illucescēte fidei veritate cantat̄ ī p̄ma. s̄. Quicūq̄ vult saluus esse. sed vobis vltimis omissis reuertamur ad declarationē p̄mi p̄sequēdam. Tertio queri pōt quot sunt articuli fidei. Ad hoc dicendū q̄ si respectus habeat̄ ad illos qui p̄mū symbolū tradiderūt sic sunt duodecim s̄m numerū ap̄loz. Si x̄o cōsideremus ea que radicaliter sunt credēda tūc sūt quattuordecim quoz. vij. p̄tinet̄ ad diuinitatē: et. vij. ad christi hūanitatē quos oīs xp̄ianus tenet̄ credere et scire. et ideo vnusq̄sq̄ symbolū illud tenet̄ addiscere et quotidie dicere in recognitionē xp̄iane fidei. hinc parētes instruere debēt pueros suos vt sciāt p̄ater noster. Ave maria. Credo in deū. qd̄ si nō fecerint obligant̄ ad hoc etiā patrini: quia dum in baptismo puerum tenent eis

insungit̄ vt in his pie puerū instruant vel instrui faciant. vnde indicit̄ eis hoc ipsum de cōse. di. iij. c. monachi. vos ante omnia tam viros q̄ mulieres qui in baptismo filios suscipitis: moneo vt vos cognoscatis fidei iussores apud deū extitisse p̄ illis quos nisi estis de sacro fonte suscipite: ideo semp̄ eos admonere debetis vt castitatem custodiant: iusticiā diligant: charitatē teneant. ante omnia symbolū et orationē dominicā vos ipsi tenete: et illis quos exceptistis ostēdite. in cuius vltimo argumentū dicit̄ iij. di. c. ante viginti dies baptismi ad purgationis exorcismū cathecumini currant. in quibus viginti diebus oīno symbolū qd̄ est: Credo in deū. specialiter doceant. et. c. sequē. generale p̄ponit edictū: dicens: symbolū placuit et vno die ab omnibus ecclesiis id est ante octo dies dñice resurrectionis publice ī ecclie cōpetētibus p̄dicare: glo. id est intellectū discretiōis h̄ntibus. Quarto q̄ri potest: vtrum auditores diuersarū opinionū et diuersorū magistrorū tenentium diuersas opiniones excusent̄ a peccato erroris si opiniones suozū magistrorū sequantur. cum eūm dicat dñs Math. xxiij. Super cathedrā moysi sederunt scribe et pharisei oīa que dicūt vobis seruate et facite. m̄to ergo magis seruanda vident̄ q̄ tradunt̄ a doctoribus sacre sc̄pture. Ad h̄ r̄ndet sanctus L. bo. in quolibetis q̄ diuerse opinionēs doctorū sacre scripture q̄ nō p̄tinet̄ ad fidē et mores bonos absq̄ piculo ab auditoribus ex vtraq̄ pte teneri possunt: qz tunc habet locū qd̄ apl̄us dicit̄ Roma. xiiij. Vnusq̄sq̄ ī suo sensu abūdat. In his x̄o q̄ p̄tinent ad fidem et bonos mores nullus excusat̄ si sequat̄ erroneam opinionē alicuius magistrī quia de talibus dicit̄ Math. xv. Cecus si ceco ducatū p̄stat ambo ī foueam cadunt. In talibus eūm ignorātia nō excusat alioquin īmunes fuissent a peccato qui secuti sunt opinionē arrij: nestorij et aliorū heresiarcharū. Nec potest auditor excusationē habere p̄pter simplicitatē si sequat̄ in talibus opinionē erroneā: qz in rebus dubijs nō est defacili p̄standus assensus quinimo vt dicit̄ Aug. in. iij. de doctrina xp̄iana. Cōsulere debet aliquis regulā fidei quam de sc̄pturarū plantioribus locis et ecclesie auctoritate accepit: q̄ ergo assentit opinionī alicuius magistrī cōtra manifestū scripturę testimoniū siue contra id quod publice tenet̄ s̄m auctoritatē ecclie nō pōt excusari

et ceteris opinionibus magis
trax

40
 ab erroris vitio. Quinto queri potest, utrum
 confessio fidei sit necessaria ad salutem: profer-
 tim cum illud videtur ad salutem sufficere pro
 quod homo attingit finem virtutis: sed proprius
 finis fidei est coniunctio humane mentis ad
 veritatem divinam quod potest esse sine exteriori
 confessione. Ad hoc respondet sanctus Thomas, secunda
 2^a. q. liij. quod ea que sunt necessaria ad salutem ca-
 dunt sub preceptis divine legis: confessio autem
 fidei cum sit quedam affirmatiuum non potest ca-
 dere nisi sub precepto affirmatiuo. Unde eo-
 modo est de necessarijs ad salutem quo cadere
 potest sub precepto affirmatiuo divine legis.
 Precepta autem affirmatiua non obligant ad
 semper licet se obligent: sed pro loco et tempore et secundum
 alias circumstantias debitas secundum quas oportet
 actum humanum limitari ad hoc quod fit actus virtu-
 tis: sic ergo profiteri fidem non semper nec in quolibet
 loco est de necessitate salutis: sed ali-
 quo loco et tempore. scilicet quando per omissionem homini con-
 fessionis subtraheret honor deo debitus vel
 etiam utilitas proximis impedenda: puta si quis
 interrogatus de fide taceret: et ex hoc cre-
 deretur quod non haberet fidem: vel quod fides non
 esset vera vel alij per eius taciturnitatem auer-
 terentur a fide. In homini enim casibus confessio
 fidei est de necessitate salutis. Quod si obij-
 citur illud quod vergere potest in scandalum
 et perturbationem aliorum non est necessarium ad
 salutem: quia dicit apostolus. i. Cor. x. sine offensione
